

neque exercitui ejus, de Tyro, pro servitute quâ servivit mihi adversus eam.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terrâ Ægypti : et accipiet multitudinem ejus, et deprædabitur manubias ejus, et diripiet spolia ejus : et erit merces exercitui illius.

20. Et operi quo servivit adversus eam : dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.

21. In die illo pullulabit cornu domui Israel, et tibi dabo apertum os in medio eorum : et sciet quia ego Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO DECIMO. R. David annum decimum regi Sedecie exponit, qui quamvis idem quoque captivitas Jechonie decimus fuerit, tamen melius D. Hieronymus decimum captivitatis Jechonie annum interpretatur, quia statim initio à captivitate annos numerare cepit, ut cap. 1, v. 1 et 2; et c. 8, v. 1; et c. 20, v. 1; et c. 24, 1; et 26, 1, infra vers. 17, dicit : *Factum est in vicésimo et septimo anno* : quod non potest de regno Sedecie intelligi, sed de Jechonie captivitate, et cap. 32, 1, numerat duodecimum annum et cap. 33, v. 21. Porrò quod sæpe montium prophetas in compingendis vaticiniis ordinem temporum non servare, ex hoc loco perspicuum est. Nam cap. 26 posita est propheta adversus Tyrum, quam undecimo captivitatis anno se accepisse dicit : hic prophetiam contra Pharaonem ponit, quam uno ante anno habuerat. Fuit tamen mutandi ordinis aliqua ratio, ac, ut mihi quidem videtur, triplex; prima, quod quamvis prius habuerit prophetiam adversus Ægyptum, quam adversus Tyrum, et Sidonem : tamen prius Tyrus quam Ægyptus vastanda erat : cum Babylonis remunerationis gratiâ ob eversam Tyrum Ægyptus in predam data sit, ut dicitur, v. 18 et 19. Altera, quod Tyrus et Sidon vicinior esset Jerosolymis quam Ægyptus : itaque maluit propheta locorum quam temporum ordinem servare. Tertia, quam affert R. David, quod Ezechiel alteram prophetiam contra Pharaonem anno vicésimo septimo captivitatis accepit, ut constat v. 17, et voluerit utramque simul ponere.

VERS. 2. — PONE FACIEM TUAM. Convertite te, verte orationem tuam, aut intrepide et constanter loquere, ut c. præc., v. 21; et c. 23, v. 2; et c. 20, 46; et c. 13, 17; et c. 6, 2.

VERS. 3. — ECCE EGO AD TE VENIO, aut aliquid hujusmodi, ut c. præc., v. 22; et c. 26, 5; et c. 21, 5; et c. 15, 8, 20; et c. 5, 8. DRACO MAGNE. Draconem magnum vocat cete, balænam aut crocodilum, quia omnes alias gentes, sicut magnum piscis parvos devorabat, ut declarat, v. 4. Similique alludit ad Nilum celeberrimum Ægypti fluvium, ubi frequentes erant crocodili; idò dicit : *Qui cubas in medio fluminum tuorum. MEUS EST FLUVIUS.* Hebr., *meus est fluvius, aut rivulus meus; id enim propriè nomen significat.* Vocat autem rivu-

lulum, singulari posito pro plurali, non ipsum Nilum, qui maximum erat flumen; sed aqueductus, quos rex per totam Ægyptum, ad irrigandam regionem fecerat. Hoc est quod dicit : *ET EGO Feci MERETIPSUM.* Hebr., *et ego feci mihi ipsi (rivulos).* Quasi dicat : *Meâ sapientiâ, industriâ, et potentiâ Nilum per totam Ægyptum derivavi, ut interpretatur R. David; putat enim positum esse feci me, pro feci mihi, aut sicut R. Salomon, et Chaldeus paraphrastes exponunt : Ego feci me meâ industriâ regem magnum, qualis sum.*

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais donner à Nabuchodonosor, roi de Babylone, le pays d'Égypte; et il en prendra tout le peuple; il en fera son butin, et il en partagera les dépouilles. Son armée recevra ainsi sa récompense;

20. Et il sera payé du service qu'il m'a rendu dans le siège de cette ville. Je lui ai abandonné l'Égypte, parce qu'il a travaillé pour moi, dit le Seigneur Dieu.

21. En ces jours-là, je ferai renaître la puissance de la maison d'Israël, et je vous ouvrirai la bouche au milieu d'eux; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

VERS. 4. — ET PONAM FRENUM. Hebræum Hebræi et Chaldeus paraphrastes *hamos* interpretantur. Sensusque rectè convenit : loquitur enim de Pharaone tanquam de magno aliquo pisce, ut de Leviathan apud Jod, cap. 40, 5, 19 et 20 : *In oculis ejus quasi hamo capiet eum, et in sulcibus perforabit nares ejus.* Nam autem vocat hoc loco regem Babylonis, et ejus exercitum, per quem Ægyptus vastata est. Et AGGLUTINABO PISCES, principes tuos et cives, quasi dicat : *Captiam te cum omnibus tuis principibus et civibus.*

VERS. 5. — PROJICIAM TE IN DESERTUM. Perseverat in metaphora piscis, qui ex aquis tractus, et in aridam projectus continuo moritur. Significat ergo fore ut rex Ægypti ex Nilo, quasi piscis extrahatur, et in Chaldæam aridam terram captivus ducatur, ibique moriatur, neque colligat, sicut boni pisces colligi solent, id est, non sepeliatur, sed à bestiis, atque volucribus devoretur, similis locus infra, cap. 32, 4.

VERS. 6. — PRO RO QUOD FUISTI. Hebr., *quia fuerunt baculus arundineus domui Israel*, id est, qui cum illi deberent illi propter fœdus quod cum illâ contraxerant, auxilium ferre, perniciem attulerunt. Irritatus enim Deus quod Judei ab Ægyptiis auxilium peterent, eos in potestatem Chaldæorum tradidit, ut apparet Jerem. 2, vers. 18 et 36; et Isai. 56, 6. *Baculus autem arundineus* in proverbio erat, deque homine dicitur, qui cum prodesse vellet, nocebat, sicut baculus arundineus, qui dum eo nititur, fractus manum perforat. Metaphora ab Isaiâ declaratur, cap. 56, 6 : *Ecco confidit super baculum arundineum constructum istum, super Ægyptum : cui si inimicus fuerit homo, in-*

trabit in manum ejus, et perforabit eam : sic Pharaon rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Eodem modo, 1 Reg. 18, 21. Id explicatur versu sequenti.

VERS. 7. — QUANDO APPREHENDERENT TE MANU, id est, cum Judei auxilio tuo uti voluerunt, Jerem. 37, 4. *CONTRACTUS ES*, id est, noluit, aut non potuisti auxilium illis ferre, quia cum exercitus Pharaonis ex Ægypto in Judæorum auxilium egressus esset, sive metu, sive à Chaldæis profligatus in Ægyptum rediit, ut Jeremias prædixit, cap. 37, v. 7. *ET LACERASTI OMNEM HUMERUM*, id est, totum brachium usque ad humerum, id est, in causâ fuisti, ut altera pars Judæorum, quæ Jechoniâ in captivitatem ducto Jerosolymis remanserat, quasi alterum brachium à manu usque ad humerum, id est, à minimo cive usque ad regem Sedeciam vulneraret, aut in captivitatem iret. *ET DISSOLVISTI OMNES RENEES EORUM*, id est, fecisti ut fracto baculo conciderent, cum renes illis dissolverentur ac deficerent; qui enim renibus dolent, non possunt sine baculo stare. Per renes autem vires significantur, quasi dicat : *Cum tu illis auxilium, quod promiseras, non prestitisses, non potuerunt stare, et regi Babylonis resistere.* Hebr. : *Et stare facti eis omnes renes*, id est, fecisti ut tuis viribus destituti, suis tantum viribus niterentur, quæ admodum erant infirmæ; qui enim baculo niuntur, incurvi sunt : fracto autem baculo, necesse est ut, si possunt, erigantur, et sese suis viribus sustentent. Ita R. David. Alii Hebræi, ut ille refert, putant *thamedatha* dictum esse; quod significat nutare, et ruinam minari : quasi dicat, effecisti ut fracto baculo vitrescerent, et corruerent attrites eorum, id est, ut stare non possent.

VERS. 9. — PRO RO QUOD DIXERIT. Supra vers. 5.

VERS. 10. — ECCE EGO AD TE. Contra te venio, ut vers. 5. *A TURRE SYENE*, id est, à principio usque ad finem. Nam Syene, aut ut Hebræi dicunt, *Seveneh*, principium erat regni Ægypti, ut Solinus ait cap. 45, inter mare Rubrum, et Nilum : Æthiopia verò in finibus erat Ægypti ad occasum meridionalem.

VERS. 12. — IN MEDIO TERRARUM. Id est, similem ceteris terris desertis faciam illam. Hebraismus; qualis ille Luca, cap. 22, 27 : *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*, id est, similis vobis. Nam qui in mediâ aliorum turbâ est, illis similis est; idem hebraismus est, cap. sequenti, vers. 7.

VERS. 14. — CAPTIVITATEM ÆGYPTI. Captivus, ut infra, cap. 39, 25, et Jerem. 29, 14; et 51, 23; et 32, 44; et 48, 47. *IN TERRA PHATUBES*. Civitas erat versus meridionales fines Ægypti, Jerem. 44, 1, longissimè à Chaldæâ. Itaque vult dicere fore ut eos reducat usque ad postremam partem Ægypti. *ET ERUNT*

CAPUT XXX.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :
2. Fili hominis, propheta, et dic : Hæc dicit Dominus Deus : ululate, væ, væ diei :
3. Quia juxta est dies, et appropinquat dies Domini : dies nubes, tempus gentium erit.

REGNUM HUMILE; quia nunquam postea regnum Ægypti tam potens fuit, quam ante fuerat.

VERS. 16. — NEQUE ERUNT ULTRA DOMU ISRAEL, id est, non ultra confidit in eis domus Israel, cum viderit eos dejectos et fractos esse; quemadmodum non confidimus in baculo, postquam fractus est. *DOCENTES INIQUITATEM; ut Ægyptii doceant eos iniquitatem propter consuetudinem, quæ inter ipsos erat. Nam commisit sunt inter gentes et didicerunt opera eorum.* Psal. 103, 55. Hebr. *In confidentiam facientem recordari iniquitatem*, id est, punire. Deus enim propter fiduciam, quam Judei in Ægyptiis posuerunt, punivit eos. *UT FUGIANT Judei in Ægyptum*, ut Jerem., cap. 45. Intelligitur præcedens negatio. Non erunt confidentia, ad quam confugiant. Hebr., *ut post eos respiciant, scilicet Judei post Ægyptios, eodem sensu.*

VERS. 17. — VICIESIMO SEPTIMO ANNO CAPTIVITATIS JOACHIN. Nam Sedecias non tot regnavit annos. Ex quo perspicuum est, etiam superioribus locis, annos captivitatis, non regni Sedecie computari. In primo mense; phrasis Hebræica, quam cap. 1, vers. 1, explicavimus. *USA MENSIS*, id est, primâ die mensis, usitatus hebraismus, qualis ille Genes. 4, 5 : *Factum est vespere et mane dies unus*, id est, primus; et Joan. 20, 1, 19, et Luca 24, 1 : *Unâ sabbathi*, id est, primâ die hebdomadis. Hæc est altera prophetia adversus regem Ægypti, quam Ezechiel decem et septem annis post primam accepit.

VERS. 18. — SERVITUTE MAGNA, magno cum labore, ita ut nullus miles esset, qui assiduitate gestandæ galæe non esset calvus; et lignorum aliarumque rerum ad expugnationem necessariarum, non haberet attrites humeros.

VERS. 19. — DABO, ponam et constituam eum in terrâ Ægypti. Hebræicè : *Dabo Nabuchodonosori regi Babylonis terram Ægypti.* *ET ACCIPLET MULTITUDINEM EJUS.* Captivam ducent omnem plebem ejus.

VERS. 20. — ET OPERI, operi dedi ei, id est, operi ejus dedi, relativo Hebræorum more redundante : aut, propter opus, quo servivit mihi, dedi ei terram Ægypti. Rectè D. Hieronymus ex hoc loco colligit, Deum etiam infidelium bona opera remunerare.

VERS. 21. — PULLULARIT CORNU. Hebr., *pullulare faciam cornu domui Israel.* Cornu per metaphoram regnum et robur appellat, quia tauris in cornibus robur est, ut Psal. 131, 17 : *Illuc producam cornu David; paravi lucernam Christo meo.* *ET TIBI DABO APERTUM OS*, id est, loquenti inter eos libertatem. Cum enim viderint omnia que prædixeras accidisse, credent tibi, poterisque apertè ac liberè, non sicut hactenus per parabolas illis loqui, ut dixi supra, cap. 24, 27 : *In die illâ aperetur os tuum, cum eo qui fugit, et loquetur, et non silebis ultra.*

CHAPITRE XXX.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :
2. Fils de l'homme, prophétise, et dises : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Pousses des hurlements; malheur, malheur à ce jour.
3. Car le jour est proche; il est proche, ce jour du Seigneur, ce jour de nuage, qui sera le temps des nations.

4. Et veniet gladius in Ægyptum : et erit pavor in Æthiopia, cum ceciderit vulnerati in Ægypto, et ablata fuerit multitudo illius, et destructa fundamenta ejus.

5. Æthiopia, et Lybia, et Lydi, et omne reliquum vulgus, et Chub, et filii terræ fœderis, cum eis gladio cadent.

6. Hæc dicit Dominus Deus : Et corruent fulcra Ægyptum, et destruetur superbia imperii ejus ; à terre Syenes gladio cadent in eâ, ait Dominus Deus exercituum.

7. Et dissipabuntur in medio terrarum desertatarum, et urbes ejus in medio civitatum desertatarum erunt.

8. Et scient quia ego Dominus, cum dederò ignem in Ægypto, et attriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

9. In die illâ egredientur nuntii à facie meâ in tridibus, ad conferendam Æthiopia confidentiam : et erit pavor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet.

10. Hæc dicit Dominus Deus : Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.

11. Ipse et populus ejus cum eo, fortissimi gentium, adducentur ad disperendam terram : et evaginabunt gladios suos super Ægyptum, et implebunt terram interfectis.

12. Et faciam alveos fluminum aridos, et tradam terram in manus pessimorum : et dissipabo terram, et plenitudinem ejus manu alienorum : ego Dominus locutus sum.

13. Hæc dicit Dominus Deus : Et disperdam simulacra, et cessare faciam idola de Memphis, et dux de terrâ Ægypti non erit amplius : et dabo terrorem in terrâ Ægypti.

14. Et disperdam terram Phatures, et dabo ignem in Taphnis, et faciam judicia in Alexandria.

15. Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti, et interficiam multitudinem Alexandriae.

16. Et dabo ignem in Ægypto : quasi parturiens dolcibit Pelusium, et Alexandria erit dissipata, et in Memphis angustia quotidiana.

17. Juvenes Heliopoles et Bubasti gladio cadent, et ipse captivæ ducentur.

18. Et in Taphnis nigrescet dies, cum contrivero ibi sceptrâ Ægypti, et defecerit in eâ superbia potentie ejus : ipsam nubes operiet : filie autem ejus in captivitate ducentur.

19. Et judicia faciam in Ægypto : et scient quia ego Dominus.

20. Et factum est in undecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me dicens :

21. Fili hominis, brachium Pharaonis regis Ægypti confregi : et ecce non est obvolutum ut restitueretur ei sanitas, ut ligaretur pannis, et fasciaretur linteolis, ut recepto robore posset tenere gladium.

4. L'épée va fondre sur l'Égypte ; et la frayeur saisira l'Éthiopie, lorsqu'ils tomberont dans l'Égypte percés de coups, lorsque la multitude du peuple de l'Égypte périra, et qu'elle sera détruite jusqu'aux fondements.

5. L'Éthiopie, la Libye, les Lydiens, tous les autres peuples, et Chub, et les enfants de la terre avec laquelle j'ai fait mon alliance tomberont avec eux sous le tranchant de l'épée.

6. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ceux qui soutenaient l'Égypte seront enveloppés dans sa chute ; et l'orgueil de son empire sera détruit : ils tomberont dans l'Égypte par l'épée depuis la tour de Syène, dit le Seigneur Dieu des armées.

7. Ses provinces seront mises au nombre des provinces désolées, et ses villes au rang des villes désertes ;

8. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai mis le feu dans l'Égypte, et que tous ceux qui la soutenaient seront réduits en poudre.

9. En ce jour-là, je ferai sortir de devant ma face des messagers qui viendront sur des vaisseaux, pour détruire la fierté de l'Éthiopie ; et les Éthiopiens seront saisis de frayeur, au jour de l'Égypte, parce que ce jour viendra très-assurément.

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'annulerai cette multitude d'hommes qui est dans l'Égypte, par la main de Nabuchodonosor, roi de Babylone.

11. Je le ferai venir, lui et son peuple, eux qui sont les plus puissants des nations, pour perdre l'Égypte ; ils viendront l'attaquer l'épée à la main, et ils rempliront la terre de corps morts.

12. Je sécherai le lit de ses fleuves, et je livrerai ses champs entre les mains des plus méchants de tous les hommes ; je détruirai cette terre, avec tout ce qu'elle contient, par la main des étrangers ; c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

13. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'exterminerai les statues, et j'annulerai les idoles de Memphis ; il n'y aura plus à l'avenir de princes du pays d'Égypte ; et je répandrai la terreur dans toutes ses terres.

14. Je ruinerai le pays de Phathurès ; je mettrai le feu dans Taphnis, j'exercerai mes jugements dans Alexandria.

15. Je répandrai mon indignation sur Damiette, qui est la force de l'Égypte ; je ferai mourir cette multitude d'Alexandrie,

16. Et je mettrai le feu dans l'Égypte. Damiette sera dans les douleurs, comme une femme qui est en travail : Alexandria sera ravagée, et Memphis sera tous les jours dans les angoisses.

17. Les jeunes hommes d'Héliopoles et de Bubaste seront passés au fil de l'épée, et les femmes emmenées captives.

18. Le jour s'obscurcira à Taphnis, lorsque j'y briserai le sceptre d'Égypte, et que j'y détruirai le faste de sa puissance ; elle sera couverte d'un nuage, et ses filles seront emmenées captives.

19. J'exercerai dans l'Égypte la rigueur de mes jugements ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

20. Le septième jour du premier mois de la onzième année, le Seigneur me dit encore ces paroles :

21. Fils de l'homme, j'ai rompu le bras de Pharaon, roi d'Égypte ; et il n'a point été pansé pour être guéri ; il n'a point été lié avec des bandes, ni enveloppé dans du linge, afin qu'ayant repris sa force, il put tenir l'épée.

22. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad Pharaonem regem Ægypti, et comminam brachium ejus forte, sed confractum : et dejiciam gladium de manu ejus.

23. Et dispergam Ægyptum in gentibus, et ventila bo eos in terris.

24. Et confortabo brachia regis Babylonis, doque gladium meum in manu ejus : et confringam brachia Pharaonis, et gement genibus interfecti coram facie ejus.

25. Et confortabo brachia regis Babylonis, et brachia Pharaonis concident : et scient quia ego Dominus, cum dederò gladium meum in manu regis Babylonis, et extenderit eum super terram Ægypti.

26. Et dispergam Ægyptum in nationes, et ventila bo eos in terras : et scient quia ego Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — ULULATE, ò Ægyptii, dicentes : VE DIEI, id est, ò diem illum miserabilem et infelicem, quo Ægyptus vastata est.

VERS. 3. — QUIA EST JEXTA DIES, Hebr., quia appropinquant dies, appropinquant, inquam, dies Domini, id est, quo Dominus de Ægyptis ultionem sumet, sicut dies judicii dies Domini vocatur, 1 Corinth. 5, 5, et 2 Cor. 1, 14, et 1 Thessal. 5, 2 : Dies nobis, adversa, tristicis ; sicut Latini dicunt atram diem, id est, infelicem et calamitosam. Eadem phrasid est infra, cap. 34, vers. 12, et apud Joëlem, cap. 2, 2. TEMPS GENTIUM, Chaldeorum ; dicitur dies Chaldeorum, quo Chaldæi ostendent in Ægypto potentiam suam, facientque quicquid volent ; sicut dicitur dies Domini, quo facit quicquid vult.

VERS. 4. — ET ERIT PAVOR, aut dolor, in ÆTHIOPIA. Æthiopia Ægypto ad meridiem et occasum vicina est. Significat ergo tantam Ægypti calamitatem futuram esse, ut omnes vicinæ gentes contremiscent : Unam enim gentem pro omnibus posuit. ET ABLATA FUERIT MULTITUDO ILLIUS, id est, plebs ejus in captivitate ducta, ut cap. precedenti, vers. 19.

VERS. 5. — CURB. Symmachus, ut auctor est Hieronymus, Arabiam esse existimavit. Sunt qui putent hos esse eos quos Ptolemæus Cobiis appellat. ET FILII TERRÆ FŒDERIS, omnes alii qui cum Ægypto confederati sunt. Hebraismus, qui versu sequenti declaratur.

VERS. 6. — FULCIENTES ÆGYPTUM, omnes gentes, que Ægypti auxilio esse solent. ET DESTRUETUR, et concidet superbia, fastus, gloria ; *וַיִּשְׁבַּת*, fortitudinis ejus, ut supra, cap. 24, 21. A TURRE SYENES, usque ad terminos Æthiopiæ, id est, per totam Ægyptum, ut dixit cap. precedenti, vers. 10.

VERS. 7. — IN MEDIO TERRARUM, id est, sicut cætera terre desolate, et sicut cætera urbes deserte, ut cap. precedente, vers. 12, ubi Hebraismus explicavimus.

VERS. 8. — CUM DEDERO IGNUM, cum fecero ut Chaldæi totam Ægyptum igne incendant. Alii metaphoricè omne genus calamitatis ignem vocari putant.

22. C'est pourquoy voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à Pharaon, roi d'Égypte ; et j'achèverai de briser son bras qui a été fort, mais qui est rompu ; et je lui ferai tomber l'épée de la main.

23. J'écarterai les Égyptiens en diverses nations, et je les disperserai parmi les peuples.

24. Je fortifierai en même temps les bras du roi de Babylone ; je mettrai mon épée entre ses mains ; je briserai les bras de Pharaon ; et les siens pousseront des cris et des soupirs, étant tués à ses propres yeux.

25. Je fortifierai les bras du roi de Babylone ; et les bras de Pharaon seront sans aucune force ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai mis mon épée entre les mains du roi de Babylone, et qu'il la tirera sur le pays d'Égypte.

26. Je disperserai les Égyptiens en diverses nations, et je les disséminerai parmi les peuples ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

VERS. 9. — EGREDIENTUR NUNTII A FACIE MEA, id est, proficiantur nuntii ex Ægypto in Æthiopia naves, qui nuntiantes Ægypti calamitatem, Æthiopia, que prius nimium secunda et confidens erat, terrorem incutiat. Dicit autem Deus à facie sua profecturos, quia ejus consilio ac providentiâ profecturi erant. ET ERIT PAVOR IN EIS, Æthiopiis. IN DIE ÆGYPTI, calamitatis Ægypti, passivè dicitur, cum activè dici soleat, ut adnotavimus vers. 2. QUIA ABSQUE DEUSO, quia ecce venit, id est, citò veniet (pavor), ut Hebraicè constat ex genere feminino), id est, quia propè imminet quod timebant.

VERS. 10. — ET CESSARE FACIAM ; redundat conjunctio et, Hebræorum more. Sensus autem est : Faciam ut Nabuchodonosor omnem Ægypti multitudinem captivam ducat, ita ut terra deserta maneat. Alii, ut Chaldæus paraphrastes, cessare faciam, tumultum Ægypti, id est, negotiorum concursum, aut strepitum populi, quod ad primam interpretationem redit.

VERS. 12. — ET FACIAM ALVEOS FLUMINUM, Hebr., rivulos, alludens ad rivulos quibus tota Ægyptus irrigatur. Dicit autem fore ut omnes rivuli arescant præ multitudine militum, sicut gloriatur Senacherib, 4 Regum 19, 24 : *Bibi aquas alienas, et siccavi vestigia pedum meorum omnes aquas clausas.* Alii metaphoricè, ut R. David, per rivos divitias intelligunt, quasi dicat : Exhauriam totam Ægyptum opibus ; vocavit autem opes rivulos, ut alluderet ad rivulos Nilii, quibus Ægyptus dives et fertilis siccabit. IN MANUS PESSIMORUM Chaldeorum : pessimos autem vocat, id est, crudelès, ut Jerem. cap. 6, vers. 23 : *Crudelis est, et non miseretur ;* et Thren. cap. 4, vers. 16 : *Neque senum miserati sunt ;* et cap. 5, vers. 12 : *Facies senum non erubuerunt.*

VERS. 15. — DE MEMPHIS. Notissima est, et non solum in sacris, sed etiam profanis libris, celeberrima civitas Ægypti non longè ab ostiis Nilii. Vide Isai., cap. 19, 15, et Jerem., cap. 46, 14, 19. Omnes etiam, quæ sequuntur notæ sunt Ægypti civitates.

VERS. 14. — FACIAM JUDICIA. Græviter puniam Alexandria, Hebr., No, quam noster interpres, et

Chaldeus paraphrastes, et omnes Hebræi Alexandriam esse dicunt, ut R. Salom et R. David hoc loco : quantum tunc, cum Ezechiel scribebat, nondum Alexandria vocabatur : postea enim ab Alexandro Macedone, ut ait Hieronymus, nomen accepit. Sept. *Diospolis* vertunt.

VERS. 17. — PUBASTI. Hebræum *Pibeseth* noster interpret, et Septuag. Pubastum vertunt : ponitur a geographicis ad ostium primum orientale Nili, propè Pelusium.

VERS. 18. — NIGRESCENT DIES, obscurabitur, vertunt in nocentem pre hominum tristitia; ut Jerem. 15, 9: *Occidet ei sol, cum adhuc esset dies*; et Amos 8, 9: *Occidet sol in meridie*. Similis phrasia infra, cap. 52, 7, et Joel, cap. 2, 10, 31, et cap. 3, 15. NUBES OPERIET, micror et tristitia, ut vers. 3, *dies nubes, tempus gentium*.

VERS. 20. — ET FACTUM EST IN UNDECIMO ANNO, captivitatibus Joachin, ut cap. precedenti, vers. 17, qui idem undecimus ac postremus fuit regni Sedecie, 4 Reg., cap. 23, 2, et Jerem., cap. 52, 2, et 52, 5. Illic etiam videmus ordinem temporum non servari, quem admodum supra, cap. 20, vers. 1. Ideo tamen mihi videtur esse, que anno undecimo propheta viderat, hoc loco cum his que vicesimo septimo anno acceperat, narrare voluisse, quia veluti confirmatio quedam sunt eorum, que de Egypti vastatione vaticinabatur.

VERS. 21. — BRACHIUM PHARAONIS REGIS CONFREGI. R. Salomon, et R. David referunt hoc ad pugnam, quam rex Egypti Necho cum rege Babyloniis inilit in Chareanis, 2 Paralipom. 35, 20, et ab eo victus est, Jerem. cap. 40, 2: *Et ultra non addidit rex Egypti, ut*

CAPUT XXXI.

1. Et factum est in anno undecimo, tertio mense, unâ mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, dic Pharaoni regi Egypti, et populo ejus : Cui similis factus es in magnitudine tuâ ?

3. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, et frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, et inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus.

4. Aquæ nutritur illum : abyssus exaltavit illum : flumina ejus manabant in circuitu radicem ejus, et rivos suos emisit ad universa ligna regionis.

5. Propterea elevata est altitudo ejus super omnia ligna regionis : et multiplicata sunt arbuta ejus, et elevati sunt rami ejus pre aquis multis.

6. Cùmque extendisset umbram suam, in ramis ejus fecerunt nidus omnia volatilia cœli, et sub frondibus ejus genuerunt omnes bestie saltuum, et sub umbrao illius habitabat cœtus gentium plurimum.

7. Eratque pulcherrimus in magnitudine suâ, et in dilatatione arborum suorum : erat enim radix illius juxta aquas multas.

8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei,

egrediatu de terrâ tuâ : tolerat enim rex Babyloniis à rivo Egypti usque ad fluvium Euphratem omnia que fuerant regis Egypti ; ut est 4 Regum, cap. 24, 7. Significat ergo hoc loco fore ut rex Egypti regi Babyloniis resistere non possit, quia ex superiore pugna fractum habet brachium, id est, debilitatas vires, ita ut gladium tenere non possit. Nec enim ejus brachium obvolutum et medicamentis curatum fuisse, id est, nunquam pristinas vires recuperasse, et que perdidit ad rivo Egypti usque ad fluvium Euphratem. Alii minus aptè per futurum interpretantur : Confringam.

VERS. 22. — CONFINGAM. Omnino frangam brachium ejus, quod idèo faciliè fiet, quia quamvis forte sit, tamen jam quassatum est atque debilitatum superiore bello. Hebr., et *confringam brachia ejus et forte, et confractum, ut Septuaginta vertierunt* : quod Hebræi sic interpretantur : Confringam utrumque brachium ejus ; nam alterum jam confractum est, quod est illa pars regni, que illi ablata est à rivo Egypti usque ad flumen Euphratem ; alterum autem secundo bello confringam, id est, quod reliquum illi regni fuerat, tollam ; ita ut neutrâ jam manu gladium tenere possit, nam ante alterâ saltem manu tenere poterat.

VERS. 24. — CONFORTABO BRACHIA. Juvabo eum, vires ei suppediabo. Daboque GLADIUM VESTI, id est, cui nemo resistere potest ; vocat summi, quia minister erat justitiæ ipsius, et vindex injuriarum ejus. ET CEMENT. INC, gemet, rex Egypti more hominis qui interficitur. CORAM FACIE EJUS, quasi dicat, simul atque viderit conspectum regis Babyloniis, meta morietur.

CHAPITRE XXXI.

1. Le premier jour du troisième mois de la onzième année, le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, dites à Pharaon, roi d'Egypte, et à son peuple : A qui ressemblez-vous dans votre grandeur ?

3. Considérez Assur ; il était comme un cèdre sur le Liban : son bois était beau, ses branches étendues, sa tige haute ; et au milieu de ses branches épaisses et touffues, il en sortait une qui s'élevait au-dessus de toutes les autres.

4. Les pluies l'avaient nourri ; un grand amas d'eaux l'avait fait pousser en haut ; les fleuves coulaient tout autour de ses racines ; et il avait envoyé ses ruisseaux à tous les arbres de la campagne.

5. C'est pourquoi il avait surpassé en hauteur tous les arbres du pays ; son bois avait poussé fortement, et ses branches s'étaient élevées, à cause des grandes eaux qui l'arrosaient.

6. Et comme il jetait son ombre fort loin, tous les oiseaux du ciel avaient fait leurs nids sur ses branches ; toutes les bêtes des forêts avaient fait leurs petits sous ses rameaux, et un grand nombre de nations habitaient sous l'ombre de ses feuilles.

7. Il était parfaitement beau dans sa grandeur, et dans l'étendue de son bois, parce que sa racine était près des grandes eaux.

8. Il n'y avait point de cèdres dans le jardin de Dieu qui fussent plus hauts que celui-là : les sapins

abies non adæquaverunt summitatem ejus, et plantati non fuerunt æque frondibus illius : omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi et pulchritudini ejus.

9. Quoniam speciosum feci eum, et multis condensisque frondibus, et æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, que erant in paradiso Dei.

10. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod sublimatus est in altitudine, et dedit summitatem suam virentem atque condensam, et elevatum est cor ejus in altitudine suâ.

11. Tradidi eum in manu fortissimi gentium, faciens faciei ei : juxta impietatem ejus ejeci eum.

12. Et succident eum alieni, et crudelissimi nationum, et projicient eum super montes, et in cœnētis convallibus corruent rami ejus : et confringentur arbuta ejus in universis rupibus terre : et recedent de umbraculo ejus omnes populi terræ, et relinquent eum.

13. In ruinâ ejus habitaverunt omnia volatilia cœli, et in ramis ejus fuerunt universæ bestie regionis.

14. Quamobrem non elevabuntur in altitudine suâ omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa : nec stabunt in sublimitate suâ omnia que irrigantur aquis : quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum.

15. Hæc dicit Dominus Deus : In die quando descendit ad inferos, induxi luctum : operui eum abyssus, et prohibui flumina ejus, et coercui aquas multas : contristatus est super eum Libanus, et omnia ligna agri concussa sunt.

16. A sonitu ruinæ ejus commovi gentes, eum deducere eum ad infernum eum his qui descendeabant in lacum : et consolata sunt in terrâ infimâ omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, universa que irrigantur aquis.

17. Nam et ipsi cum eo descendunt in infernum ad interfectos gladio : et brachium uniuscujusque sedebit sub umbraculo ejus in medio nationum.

18. Cui assimilatus es, ô inceleste atque sublimis inter ligna voluptatis ? Ecce deductus es eum lignis voluptatis ad terram ultimam : in medio incircumisorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio : ipse est Pharaon, et omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — UNDECIMO ANNO, captivitatibus Jechonie, ut cap. precedenti, vers. 20, duobus mensibus post preteritam prophetiam, hæc accepit. TERTIO MENSE, qui maio nostro respondet. UNâ MENSIS, primâ die mensis, ut cap. 29, 17, ubi Hebraicum explicavimus.

VERS. 2. — CUI SIMILIS FACTUS ES ? Cui te poterimus comparare ? adeo magnis tibi esse videris. Intelligitur responso, regi Assur, aut per negationem, ut alii interpretantur : Nemini, qui non occiderit. Nam

ne l'égalai point dans sa hauteur, ni les platanes dans l'étendue de ses branches : il n'y avait point d'arbre dans le jardin de Dieu qui ressemblât à celui-là, ni qui lui fut comparable en beauté.

9. Comme je l'avais fait si beau, et qu'il avait poussé tant de branches et si épaisses, tous les arbres les plus délicieux qui étaient dans le jardin de Dieu lui portaient envie.

10. Mais voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que ce cèdre s'est élevé dans sa hauteur, qu'il a poussé si haut la pointe de ses rameaux verts et touffus, et que son cœur s'est élevé dans sa grandeur ;

11. Je l'ai livré entre les mains du plus fort des peuples, qui le traitera comme il lui plaira ; je l'ai rejeté, comme son impiété le méritait.

12. Des étrangers, et les plus cruels de tous les peuples, le couperont par le pied, et le jetteront sur les montagnes ; ses branches tomberont de toutes parts le long des vallées ; ses rameaux seront rompus sur toutes les roches de la terre ; et tous les peuples du monde se retireront de dessous son ombre, et l'abandonneront.

13. Tous les oiseaux du ciel habiteront dans ses ruines, et toutes les bêtes de la terre se retireront dans ses branches.

14. C'est pourquoi tous les arbres plantés sur les eaux ne s'élèveront plus dans leur grandeur ; ils ne pousseront plus la pointe de leurs rameaux au-dessus des branches les plus épaisses ; et tous ceux qui seront arrosés des eaux, ne se soutiendront plus dans leur élévation, parce qu'ils ont tous été livrés à la mort, et jetés au fond de la terre, au milieu des enfants des hommes, parmi ceux qui descendent au fond de la fosse.

15. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Au jour où il est descendu aux enfers, j'ai fait faire un grand deuil ; je l'ai couvert de l'abîme, j'ai arrêté les fleuves qui l'arrosaient ; et j'en ai retenu les grandes eaux : le Liban s'est attristé de sa chute ; et tous les arbres des champs ont tremblé de crainte.

16. J'ai épouvanté les nations par le bruit de sa ruine, lorsque je le conduisis dans l'enfer avec ceux qui étaient descendus au fond de la fosse ; et tous les arbres de délices, les plus grands et les plus hauts du Liban, qui avaient été arrosés d'eau, se sont consolés au fond de la terre.

17. Car ils descendront aussi eux-mêmes dans l'enfer parmi ceux qui ont été tués par l'épée ; et chacun d'eux, qui lui avait servi de bras sera assis sous son ombre au milieu des nations.

18. A qui donc ressemblez-vous, vous qui êtes si grand et si élevé parmi les arbres de délices ? vous serez enfin précipité avec ces arbres délicieux au fond de la terre ; vous dormirez au milieu des incircumisors dormies, avec ceux qui sont morts par l'épée ; tel sera le sort de Pharaon et de tout son peuple, dit le Seigneur Dieu.

COMMENTARIUM.

si cui comparandus esses, regi Assur comparandus esses ; at ille cecidit, cum multo major esset quantum tu, multo ergo magis tu cadem. Idè statim depingit magnitudinem regis Assyriorum, ut ostendat eum majorem fuisse, quam regem Egypti ; cùmque ille à Deo cæsus fuerit, hunc etiam esse cædendum. Alludit enim fortassis ad mortem Sennacherib, et cædem in ejus exercitu per angelum factam, 4 Reg., cap. 19, vers. 35 et 37.

VERS. 3. — ECCE ASSUR, rex Assyriorum, regem

vocat cedrum, potentiam ramos, gloriam frondes. Usitata metaphora ut apud Danielem cap. 4, vers. 7. et seqq. Et FRONDIBUS MEMOROSUS. Hebraicè ramusculis umbram faciens.

VERS. 4. — AQVE NUTRIERUNT ILLUM. Aquas vocat divitias, quæ illi tanquam aqua ad voluntatem affluabant, quæ illum in tantam magnitudinem excrescere fecerunt. ABSISSOS, aquarum profunditas, id est, inexhaustus ejus thesaurus, fecit illum in tantam altitudinem assurgere, quemadmodum aquarum copia crescere facit arborem. ET RIVOS SUOS, suas divitias, postquam ea quæ sibi necessaria erant, acceperat, ad alios reges liberaliter effundebat; sicut ex præcipua arbore, cum satis rigata fuerit, aquæ solent ad alias minores derivari.

VERS. 5. — SUPER OMNIA LIGNA REGIONIS. FACIUS EST MAJOR CÆTERIS REGIBUS. ET MULTIPLICATA SUNT ARBUSTA EJUS, RAMI EJUS, ut Septuag. verterunt, id est, dilatati sunt fines imperii ejus. ELEVATI SUNT RAMI. Hebr., et longè producti sunt rami ejus, id est, longè propagati fines regni ejus. COMQUE EXTENDISSET UMBRAM SUAM. Hebr. non est umbra, neque Sept. verterunt, sed cum ille mitteret. Quod R. David ad abyssum refert, quæ Hebræis masculini generis est, quasi dicat, longè rami ejus propagati sunt propter aquarum copiam, quam perpetuò abyssus ad ejus radices emittebat.

VERS. 6. — IN RAMIS EJUS, id est, sub ejus ditone et auctoritate omnes gentes protegebantur, ut apud Dan., cap. 4, vers. 18.

VERS. 7. — ERATQUE PULCHERRIMUS. Cedrus, quam facit masculini generis, quia per eam rex Assyriorum intelligitur. IN MAGNITUDE, propter ingentem magnitudinem, et dilatationem arborum. Hebr., ramorum ejus; notus Hebraismus.

VERS. 8. — IN PARADISO DEI; quam Deus plantasse dicitur, Genes. cap. 2, vers. 8, ubi credible est altissimas fuisse cedros; potest hyperbole esse. Alii putant paradisi Dei vocari generaliter amenissimum quemque hortum, sicut dicuntur cedi Dei, et montes Dei, id est, altissimi, quasi dicat: Nullus hortus tam fertilis reperiri poterit, ut habeat cedros illo altiores. SEMITAMEN EJUS. Hebr., ramos ejus. ET PLATANI. R. Salomon, et R. David castaneas significari putant. Noster interpres ubique platanos vertit, ut Genes., cap. 30, vers. 57. Hæc omnia idem significant nullum fuisse regem regi Assyriorum, aut imperii amplitudine aut gloria similem.

VERS. 9. — QUONIAM SPECIOSUM. Rectè noster interpres causalem particulam, quoniam, apposuit, quamvis Hebraicè non sit, ut sententia constaret. Ad eum pulchrum feci eum, ut omnia ligna, id est, omnes reges terræ illi inviderent. Dicit Deus se illum fecisse regem, quia per illum reges regnant, Proverb. 8. 15. Et ipse transfert regna, atque constituit, Daniel. 2. 21, et Job. 12, 18.

VERS. 11. — IN MANUS FORTISSIMI GENTIUM, regis Chaldaeorum, qui ubique fortissimus dicitur, ut cap. præcedenti, vers. 11. Ponit præteritum pro futuro no-

ster interpres. Nam Hebraicè futurum est, tradam eum, id est, regem Assyriorum. FACIENS FACIET. Hebraismus, id est, quicquid velit, faciet illi; erit enim in ejus potestate.

VERS. 12. — SUCCIDENT. Perseverat in metaphora; loquitur enim de illo, tanquam de cedro. CREBERRIMI NATIONUM. Chaldaei, qui crudeles semper dicuntur in Scripturâ, ut cap. præcedenti, vers. 12, et Jerem. 6, 25, et Thren. 4, 16, et 12. Corruent rami ejus. Ramos et arbusta ejus vocat populos illi subjectos. ET RECEDENT DE UMBRACULO EJUS; fugient ab eo omnes vicine et confederate gentes, quæ in illius auxilio confidebant, et quasi aves in ejus ramis nidificabant, ut dixit vers. 6.

VERS. 15. — HABITABERUNT, præterita pro futuris. Habitabunt, et erunt. Ruinam vocat truncum jacentem succisæ arboris, ubi solent arbores insidere, aut cadaver, ad quod solent aves convolare, quasi dicat, prius aves et bestie erant sub ramis ejus; postquam autem corruerit, sedebunt super eam, id est, concalcebunt eam. Significat fore ut ille gentes, quæ prius in regis Assyriorum tutela erant, cum à Chaldaeis afflictum viderint, contra eum convertantur, eumque dispolient.

VERS. 14. — QUAMOBREM. Hoc exemplo terribi ceteri reges non efferent sese, ne eodem modo cadant; aut, ne levant se, sicut Sept. transtulerunt. LIGNA AQUARUM. Hebraismus, quæ aquis abundant, id est, regis opibus abundantes. QUIA OMNES TRADITI SUNT. Quia omnes tradentur, Assyrii; cum viderint Assyrios homines præpotentes, tradi in terram ultimam, id est, in infernum detrudi. IN MEDIO FILIORUM HOMINUM, more ceterorum hominum ignobilium, neque se suis posse opibus liberare. Duplex Hebraismus, alter: In medio: id est, more, sicut, ad modum, quem supra declaravimus, cap. 29, 12, et cap. 50, 7. Alter: Filiorum hominum, id est, filiorum vulgi, non principum, qui plus videntur esse quam homines; quasi dicat, homines plebei et ignobiles.

VERS. 15. — IN DIE QUANDO DESCENDIT. Præterita pro futuris. In die quâ descenderit ad inferos, inducam luctum, Hebr., lugere faciam et cooperiam super eum (id est, propter eum) abyssum (sacco) more scilicet lugentium, ut Hebræi interpretantur, quasi dicat, faciat lugere abyssum illum, quæ ad radices ejus aquas emittebat, ut dixit vers. 4; lugere autem abyssum, est, aquas non habere; sicut lugere terram, est esse sterilem, Isai. 24, 4. Ac si dicat, mortuo rege Assyriorum exhaerietur ejus ararium; sicut lugere videtur. Hoc est quod statim sequitur: ET PROHIBUI FLUMINA EJUS, ET COERCUI AQVAS MULTAS. CONTRISTATUS EST SUPER EUM LIBANUS. Hebr., migresce feci propter eum, id est, pullâ veste indui Libanum montem, in quo cedrus illa altissima rex Assyriorum erat, ut dixit vers. 5; per Libanum autem intelligit totum regnum quasi dicat: Induam totum regnum pullâ et lugubri veste propter mortem ejus. ET OMNIA LIGNA AGRI, omnes alii reges audito nuntio terrore concutientur, ut indicavit vers. 14, examinabuntur.

VERS. 16. — A SONITU. Notus Hebraismus, propter sonitum ruina ejus, propter stridorem, aut fragorem. Solet enim arbor magna, cum casa cadit, magnum fragorem edere; et perseverat loqui de rege Assyriorum tanquam de altissima cedro, quæ non potest sine magno fragore cadere. ET CONSOLATA SUNT. Omnes alii potentes reges similes amenis et irriguis arboribus, et iis, quæ in Libano sunt, qui in inferno erunt, videntes regem Assyriorum in eundem locum descendente, consolabuntur se, quia solatium est miseris socios habere.

VERS. 17. — AD INTERPECTOS GLADIO. Cum interfectis gladio, id est, nullum inter principes et plebeios discrimen erit. Omnes enim gladio interfecti pariter in infernum descendunt. ET BRACHIUM UNUSCUJUSQUE, id est, unusquisque eorum, qui in inferno erunt, requiescet, hoc est, consolationem aliquam capiet ex presentia ejus, tanquam ex umbra. Solemus enim, cum quiescimus, cubito inniti quasi dicat: Quemadmodum in hac vitâ sub umbra ejus, id est, auctoritate quiescebant; ita in inferno ejus penâ, veluti umbra recreabuntur. Hebraicum Hebræorum commentarii sic interpretantur: Et brachium ejus, pro, brachia ejus, quæ habitabant in umbra ejus, in medio

gentium, id est, omnes principes illi confederati, aut subditi, quos per metaphoram brachia ejus appellat. Septuaginta, et semen ejus, id est, omnes ejus posterii, aut consanguinei: quasi legerint Zargo, pro Zerogo.

VERS. 18. — CUI ASSIMILATUS ES? Hæc verba aut regi Assyriorum, aut regi Ægypti dici possunt. Si Assyriorum regi dicantur, sensus erit: Tu, ô rex Assur, qui neminem tibi similem habebas, ecce tamen cecidisti, et deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam, id est, infernam, ad infernum, sic ergo cadet rex Ægypti. Si regi Ægypti, hic erit sensus: Elige, ô Pharaon, cuiam ex istis tantis regibus similis esse velis; nam una cum illis in infernum descendes: aut per negationem, ut versu 2. Cui assimilatus es? sub, an regi Assyriorum? quasi dicat, non; ille enim te major est. Atque illo cadet, et tu ergo cades. ISE EST PHARAO, idem accidit Pharaoni, et populo ejus. Aut sit subjectio: Cui similis est rex Assur, et cujus figuram gerunt ea, quæ de illo dicta sunt? Pharo est, cui similis est, et cujus figuram gerunt. IN MEMO INCREMESCIBILIBUS, id est, more eorum qui incremesci sunt, ut supra, capite 8, vers. 10, quamvis alio sensu.

CAPUT XXXII.

CHAPITRE XXXII.

1. Et factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in unâ mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, et dices ad eum: Leoni gentium assimilatus es, et draconi qui est in mari: et ventilabas cornu in fluminibus tuis, et conturbabas aquas pedibus tuis, et concalcebas flumina earum.

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, et extraham te in sagonâ meâ.

4. Et projiciam te in terram, super faciem agri abijciam te: et habitare faciam super te omnia volatilia cæli, et saturabo de te bestias universæ terre.

5. Et dabo carnes tuas super montes, et implebo colles tuos sanie tuâ.

6. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui super montes; et valles implebuntur ex te.

7. Et operiam, cum extinctus fueris, cœlum, et nigrescere faciam stellas ejus: solem nube tegam, et luna non dabit lumen suum.

8. Omnia luminaria cœli merere faciam super te: et dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9. Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus super terras quas nescis.

10. Et stupescere faciam super te populos multos: et reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum: et obstupescunt repente singuli pro animâ suâ in die ruinae tuæ.

1. Il arriva, le premier jour du douzième mois de la douzième année, que le Seigneur me fit entendre sa parole, en me disant:

2. Fils de l'homme, faites une plainte lugubre sur Pharaon, roi d'Égypte, et dites lui: Vous avez été semblable au lion des nations, et au dragon qui est dans la mer; vous frappez de la corne tout ce qui était dans vos fleuves; vous en troublez les eaux avec les pieds, et vous renversez tous les fleuves.

3. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: J'assemblerai une multitude de peuples; j'étendrai sur vous mon rete, et je vous entraînerai dans mon filet.

4. Je vous jetterai sur la terre; je vous laisserai au milieu des champs; je ferai reposer sur vous les oiseaux du ciel; et je rassasierai de votre corps toutes les bêtes de la terre.

5. Je répandrai sur les montagnes des morceaux de votre chair, et je remplirai les collines de vos membres ensanglantés.

6. J'arroserai la terre de votre sang noir et pourri, le long des montagnes; et les vallées seront remplies de vos débris, lorsque vous vous étendrez.

7. J'obscurcirai le ciel, et je ferai noirir les étoiles; je couvrirai le soleil d'une nuée, et la lune ne répandra plus sa lumière.

8. Je ferai que toutes les étoiles du ciel pleureront sur votre perte; et je répandrai les ténèbres sur votre terre, dit le Seigneur Dieu, lorsque ceux qui étaient à vous tombèrent au milieu des champs, percés de coups, dit le Seigneur Dieu.

9. Je ferai frémir le cœur de plusieurs peuples, lorsque j'aurai répandu la nouvelle de votre ruine parmi les nations, en des pays que vous ne connaissez pas.

10. Je frapperai d'étonnement les peuples par la vue de votre perte; et leurs rois en seront pénétrés de frayeur et d'épouvante, lorsque mon épée passera devant leurs yeux, et il n'y aura personne d'eux qui ne tremble pour lui-même au jour de votre ruine;

41. Quia hæc dicit Dominus Deus : Gladius regis Babylonis venit tibi.

42. In gladiis fortium dejecim multitudinem tuam : inexpugnabiles omnes gentes hæc : et vastabant superbiim Ægypti, et dissipabitur multitudo ejus.

43. Et perdam omnia jumenta ejus, quæ erant super aquas plurimas : et non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula jumentorum turbabit eas.

44. Tunc perissimas reddam aquas eorum, et flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus :

45. Cum dederò terram Ægypti desolatam : deseretur autem terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores ejus : et scient quia ego Dominus.

46. Planctus est, et plangent eum : filie gentium plangent eum : super Ægyptum, et super multitudinem ejus plangent eum, ait Dominus Deus.

47. Et factum est in duodecimo anno, in quinta decima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

48. Fili hominis, cane lugubre super multitudinem Ægypti : et detrahe eam ipsam, et filias gentium robustarum, ad terram ultimam, cum his qui descendunt in lacum.

49. Quo pulchrior es? descende, et dormi cum incircumcisis.

50. In medio interfectorum gladio cadent : gladius datus est : attraxerunt eam, et omnes populus ejus.

51. Loquentur qui potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus ejus descenderunt, et dormierunt incircumcisi, interfecti gladio.

52. Ibi Assur, et omnis multitudo ejus : in circuitu illius sepulcra ejus : omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio.

53. Quorum data sunt sepulcra in novissimis loci : et facta est multitudo ejus per gyrum sepulcri ejus : universi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terrâ viventium.

54. Ibi Ælam, et omnis multitudo ejus per gyrum sepulcri sui omnes hi interfecti, ruentesque gladio : qui descenderunt incircumcisi ad terram ultimam : qui posuerunt terrorem suum in terrâ viventium, et portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum.

55. In medio interfectorum posuerunt cubile ejus in universis populis ejus : in circuitu ejus sepulcrum illius : omnes hi incircumcisi, interfectique gladio : dederunt enim terrorem suum in terrâ viventium, et portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum : in medio interfectorum positi sunt.

56. Ibi Mosoch et Thubal, et omnis multitudo ejus : in circuitu ejus sepulcra illius : omnes hi incircumcisi, interfectique et cadentes gladio : quia dederant formidinem suam in terrâ viventium.

57. Et non dormierunt cum fortibus, cadentibusque et incircumcisis, qui descenderunt ad infernum cum

11. Car, voici ce que dit le Seigneur Dieu : L'épée du roi de Babylone viendra fondre sur vous.

12. Je renverserai vos troupes si nombreuses par les armes des forts ; tous ces peuples sont des peuples invincibles ; ils détruiront l'orgueil de l'Égypte, et toute la multitude de ses gens sera dissipée.

13. Je ferai périr toutes les bêtes qu'elle nourrissait le long des grandes eaux ; ces eaux ne seront plus troublées à l'avenir par le pied des hommes, et l'ongle des bêtes ne les troublera plus.

14. Je rendrais alors leurs eaux très-pures, et je ferai couler leurs fleuves comme l'huile, dit le Seigneur Dieu.

15. Lorsque j'aurai désolé le pays d'Égypte, lorsque toute sa terre, qui était si abondante, sera déserte, lorsque j'en aurai frappé tous les habitants ; et ils sauront alors que c'est moi qui suis le Seigneur.

16. Voila le deuil que vous ferez. On pleurera ainsi Pharaon ; les filles des nations le pleureront ; on fera le deuil de l'Égypte et de tout son peuple, dit le Seigneur Dieu.

17. Le quinzisième jour du mois de la douzième année, le Seigneur me parla encore, et me dit :

18. Fils de l'homme, chantez un cantique lugubre sur tout le peuple de l'Égypte ; précipitez-la elle-même avec les filles des nations les plus fortes dans la terre la plus basse, avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

19. En quoi êtes-vous meilleur? Descendez, et dormez avec les incircumcisis.

20. Ils périront tous par l'épée, parmi la foule de ceux qui ont été tués ; l'épée a été tirée ; elle sera précipitée en terre avec tous ses peuples.

21. Les plus puissants d'entre les forts viendront lui parler du milieu de l'enfer, eux qui sont descendus avec ceux qui étaient venus à son secours, et qui, ayant été passés au fil de l'épée, sont morts incircumcisis.

22. Assur est là avec tout son peuple ; ses sépulcres sont autour de lui ; ils ont tous été tués ; ils sont tombés par l'épée.

23. Ils ont été ensevelis au plus profond de l'abîme ; et tout son peuple est autour de son sépulcre ; toute cette foule de morts qui ont péri par l'épée, qui autrefois avaient répandu la terreur dans la terre des vivants.

24. Là est Elam et tout son peuple, autour de son sépulcre ; toute cette foule de morts qui ont été passés au fil de l'épée, qui sont descendus incircumcisis aux lieux les plus bas de la terre, eux qui avaient répandu la terreur dans la terre des vivants, et qui ont porté leur ignominie avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

25. Ils ont mis son lit parmi tous ces peuples au milieu de ceux qui ont été tués ; ses sépulcres sont autour de lui. Tous ceux-là sont des incircumcisis ; et ils ont été passés au fil de l'épée, parce qu'ils avaient répandu la terreur dans la terre des vivants ; et ils sont tombés honteusement avec ceux qui descendent au plus profond de la fosse ; ils ont été mis dans la foule de ceux qui avaient été tués.

26. Là est Mosoch et Thubal, avec tout son peuple, et ses sépulcres sont autour de lui. Tous ceux-là sont des incircumcisis qui sont tombés sous l'épée, parce qu'ils avaient répandu la terreur dans la terre des vivants.

27. Ils ne dormiront point avec les vaillants hommes qui sont tombés morts, et qui étaient incircumcisis, qui sont descendus dans l'enfer avec leurs armes, et qui ont mis leurs épées sous leurs têtes ; et leurs iniquités ont pénétré jusque dans leurs os, parce qu'ils

armis suis, et posuerunt gladios suos sub capitibus suis : et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum : quia terror fortium facti sunt in terrâ viventium.

28. Et tu ergo in medio incircumcisorum contereris, et dormies cum interfectis gladio.

29. Ibi Idumæa, et reges ejus, et omnes duces ejus qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio : et qui cum incircumcisis dormierunt, et cum his qui descendent in lacum.

30. Ibi principes aquilonis omnes, et universi venatores : qui deducti sunt cum interfectis, paventes, et in suâ fortitudine confusi : qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, et portaverunt confusio-nem suam cum his qui descendent in lacum.

31. Vidit eos Pharaon, et consolatus est super universâ multitudinem suâ, quæ interfecta est gladio : Pharaon, et omnis exercitus ejus, ait Dominus Deus.

32. Quia dedi terrorem meum in terrâ viventium, et dormivit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio, Pharaon, et omnis multitudo ejus, ait Dominus Deus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DUODECIMO ANNO. Miror Hebræos et qui nino quodam studio eos sectantur, pergere etiam hoc loco interpretari duodecimum annum regni Sodeciæ, cum tam aperte, et tam multis locis Scripturæ doceat eum undecim tantum annos regnavisse, 4 Reg. 24, 18, et cap. 23, 2, et Jerem. 52, 2, et 52, 5. Duodecimum ergo annum captivitatis Jechoaiæ accipere debemus, ut superioribus locis, cap. 31, 1, et 29, 1, 17, et cap. 26, 1, et 24, 1, et 20, 1, et 8, 1, et 1, 2. Adnotat Hieronymus, nonnullos interpretes annum decimum, mensem verò duodecimum : alios annum duodecimum, mensem decimum, reddidisse. Sed manifestus est error. IN UNA MENSIS; primâ die mensis, ut cap. vigesimo nono, vers. 1, et cap. 51, 1, ubi phrasis explicata est.

VERS. 2. — ASSURE LAMENTUM. Hebr., sume carmen lugubre, id est, canta clarâ voce, tolle, ut supra, cap. 26, 17, et cap. 27, 2. LEONI GENTIUM, id est, qui gentes devorabat; aut, quod est leo inter bestias, hoc tu es inter gentes, ut R. David interpretatur. ET DRACONI, QUI EST IN MARI, cete, balæne que est in aquis, que præ magnitudine aquas naribus exsufflare, et in sublime jactare solet, mareque commovere. Hoc est, quod dicit : Ventilabas cornu in fluminibus. 7277, exsufflabas. FLUMINA EORUM. Relativum Hebræicum sine antecedente, ut sæpe accidit, nisi fortassis, ad gentes referatur. Comparat Pharaonem balæne, quia inter aquas Nilî habitabat, quibus omnis Ægyptus irrigabatur, ut supra, cap. 29, 5. Dicit autem ventilare aquas, et turbare flumina, quia omnes gentes bellis miscbat ; alludens ad Nilum, qui turbidus erat aquis, et, cum exundabat, omnem terram operiebat.

VERS. 5. — EXPANSA SUPER TE RTE. Loquitur tanquam de leone, et tanquam de balânâ; propterea utitur nomine retis, quo fero ; et sagæne, quæ pisces capi solent, ut supra, cap. 12, 13, et cap. 17, 20, et cap. 19, 6. Dicit autem : In multitudine popularum, quia so-

étaient devenus la terreur des morts dans la terre des vivants.

28. Vous donc, vous serez aussi réduit en poudre au milieu des incircumcisis, et vous dormirez avec ceux qui ont été passés au fil de l'épée.

29. Là est l'Idumée, ses rois et tous ses chefs, qui ont été mis avec leur armée parmi ceux qui ont été tués par l'épée, qui ont dormi avec les incircumcisis, et avec ceux qui sont descendus au fond de la fosse.

30. Là sont tous les princes de l'aquilon, et tous les hommes violents qui ont été conduits avec ceux qui avaient été tués, étant tout tremblants et tout confus, malgré leur fierté ; ils sont morts incircumcisis, avec ceux qui avaient péri par l'épée ; et ils ont porté leur confusion avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

31. Pharaon les a vus, et il s'est consolé de la foule de tout son peuple, qui a été tué par le tranchant de l'épée ; Pharaon les a vus avec toute son armée, dit le Seigneur Dieu.

32. J'ai répandu ma terreur dans la terre des vivants, Pharaon avec tout son peuple, a dormi au milieu des incircumcisis avec ceux qui avaient été tués par l'épée, dit le Seigneur Dieu.

lent multi simul populi ad capiendum leonem et balænam convenire. Per populos intelligit Chaldæos.

VERS. 4. — PROJICIAM TE IN TERRAM. Alludit ad pisces, qui capti in terram projiciuntur ut moriantur, quia extra aquas vivere non possunt ; similis locus supra cap. 29, 5 : Et habitare faciam super te. Insidere cadaveri tuo, sicut solent aves cadaveribus insidere ; sicut dicit capite precedenti, vers. 13 : In ruinâ ejus habitaverunt omnia volatilia cæli.

VERS. 5. — ET IMPLEBO COLLES TUOS SANGUE TUA. Saniem dixit, ut vertit Hieronymus, quia pisces non habent sanguinem, sed saniem ; quanquam Septuag. sanguinem verterunt. Hebr. Et implebo valles altitudine tuâ, id est, altissimis acervis cadaverum exercitûs tui, ut R. David, et Chaldæus paraphrastes interpretantur, quasi dicat, omnia cadaveribus plena erunt ; et montes, quia qui salutis causâ in montes confugerint, ibi occidentur ; et reliqua multitudo, que in vallibus erit, trucidabitur sic, ut cadaveribus valles impleantur. Alii, ut refert idem Hebræus, exponunt, implebo valles altitudine tuâ, id est, exercitu tuo, quo tantopere superbiebas.

VERS. 6. — ET IRRIGABO TERRAM FORTORE. Sanguine tuo fertidus, qui super montes effundetur, indeque ad irrigandam terram deflectet. Hebr., et rigabo terram nantem tuam, et sanguine tuo usque ad montes. Quod Rabbi David in comment. et in lib. Rad. sic exponit : Rigabo terram tuam, que prius natate solebat aquis, non jani aquâ, sed sanguine tuo, id est, exercitûs tui, nec solum valles ut ante, sed ipsos etiam montes ; aut, usque ad montes, id est, ita ut sanguis usque ad montes ascendat. ET VALLES IMPLEBUNTUR EX TE, id est, sanguine tuo, et exercitûs tui. Hæc omnia hyperbolice dicta sunt.

VERS. 7. — OPERIAM CÆLOS. Tantus ubique te extincto luctus erit, ut cælum, sol et luna, omnesque stelle obscurari videantur, quasi tu prius splendore

tuo hæc omnia collustrares, propterea usus est extinguendi verbo *cabab*, quia comparat illum maximæ faci, quæ extinctæ tenebris omnia conteguntur.

VERS. 9. — ET IRRITATO COR. Commovebo, perterritæciam; sic interpretor hoc loco verbum *hikeasethi*; non enim significat fore ut omnes populi audito ejus interitu irascantur, sed ut contremiscant, ut declarat versu sequenti, et ut dixerat cap. 50, v. 9. CUM INDUXERO CONTRITIONEM TUAM, cum famam exiti tui usque ad gentes ad eam remotas pervenire fecero, ut eas de nomine quidem cognoscas, vel, ut exponit Kimchi: Cùm induxero milites tuos contritos, atque fractos bello captivos ad gentes quas non novisti.

VERS. 10. — STUPESCERE FACIAM; præ terrore. SUPER TE, propter te, exemplo interitus tui, ut cap. 50, v. 9. CUM VOLARE CŒPERIT, cum fulgurare, aut splendere fecero gladium meum ante faciem eorum, ut aliqui Hebræi interpretantur, id est, cum gladium meum distinxero adversus Ægyptios, omnes gentes contremiscant; existimantes suam rem agi, paries cum proximus ardet. PRO ANIMA SUA, solliciti scilicet de vitâ suâ, aut timentes vitæ suæ. Alii: In animo suo.

VERS. 12. — IN GLADIIS FORTIUM, gladiis Chaldaeorum. INEXPUGNABILES OMNES GENTES ILE. Hebr., fortissimi gentium omnes illi sunt, ut cap. 50, 11.

VERS. 13. — QUÆ ERANT SUPER AQUAS PLENISSIMAS. QUÆ PASCABANTUR JUXTA AQUAS MULTAS, 77, super et juxta; aut, quæ potabantur super aquas multas. ET NON CONTRIBUENT EAS. Non erit deinceps homo, aut jumentum, quod aquas turbare possit, ut in aquatione fieri solet.

VERS. 14. — PERQUISITAS REDDAM. Quia nemo erit qui eas turbet. QUASI OLEUM ADDUCAM, ire faciam, fluere faciam, id est, claras et perspicuas, sicut oleum.

VERS. 15. — DESERTUR AUTEM, et terra deserta erit; aut, terra enim deserta erit.

VERS. 16. — PLAGSTUS EST, hæc propheta non sine causâ vocata est à me, lamentum, cum dixi supra, vers. 2: Assume lamentum super Pharaonem. Lamentabantur enim eum omnes filie gentium, id est, omnes nationes quæ ubique gentium sunt; aut, omnes civitates omnium gentium. Civitates enim ab Hebræis filix vocantur, ut, filia Sion; quasi dicat, eventus prophetiæ, ejusque nomini respondebit: similis sententiæ, cap. 19, 14: *Plangent est, et erit in plancum*. Dixerat enim initio ejus capituli: Assume plancum super principes Israel: super Ægyptum, propter Ægyptum, propter Ægypti vastationem. PLANGENT EUM, eam, Ægyptum.

VERS. 17. — DUODECIMO ANNO, eodem anno. QUINTA DECIMA MENSIS. Eiusdem, id est, duodecimi, ut dixerat vers. 1; hoc est, quatuordecim diebus postquam illi diceretur: Assume lamentum.

VERS. 18. — DETRAHE EAM, præcipita, detruide in infernum, id est, prædic fore ut in infernum præcipietur. ET FILLAS GENTIUM ROBUSTARUM. Civitates gentium, ut vers. 16. AD TERRAM ULTIMAM. Infimam, in infernum, ut cap. præcedenti, versu 14 et 18.

VERS. 19. — QUO PULCHRIOR ES? Quo altior es?

quo formosior? quo tibi magis places? quasi dicat, quò altior es, eò inferius cades, ut Christus dixit de Capharnaum, Luc. 10, 15: *Et tu Capharnaum usque ad cælos exaltata, usque ad infernum demergaris*, aut: Quò pulchrior es, eò in festidiorum locum inferni demergis, ubi sunt incircumcisi, id est, homines omnino impii, qui Deum non habebant, ut cap. præcedenti, v. 18. Sept., existimantes *manu esse à mine verterunt, ab aquis*.

VERS. 20. — IN MEDIO, id est, more eorum qui gladio interficiuntur, ut supra, cap. 29, 12, et cap. 50, 7, et cap. 31, 18. Ubi Hebraismus explicatissimus. GLADIUS DATUS EST. Alii, gladio data est pro, dabitur. ET ATTRAXERUNT EAM. Detrahent, deicient, ruerè facient.

VERS. 21. — LOQUENTUR EI, gratulandi causâ, gaudebunt enim ejus in infernum descendens, sicut dixit cap. præcedenti, vers. 16: *Cum deducerem eum ad infernum cum iis qui descendebant in lacum, consolata sunt in terrâ infimâ omnia ligna volupatis*. POTENTISSIMI ROBUSTORUM. Qui inter potentes potentissimum sunt, potentissimus quisque rex. ET DORMIENT INCIRCUMCISI. R. David putat intelligendam particulam *im*, cum incircumcisi, qui mortui sunt morte incircumcisorum, et occisorum gladio, sicut dixit vers. 19: *Descende, et dormi cum incircumcisi*, et capite præcedente, vers. 18: *In medio incircumcisorum dormies*.

VERS. 22. — IBI. Inter incircumcisos et occisos gladio, in terrâ ultimâ, ut dixit vers. 18, et capite superiore, vers. 14 et 18. IN CIRCUITU ILLIUS, regis Assur. SEPULCRA EORUM. Ægyptiorum aut Assyriorum; dixerat enim: *Assur et omnis multitudo ejus, quasi dicat: Omnes eodem mortis genere nempe gladio peribunt; ita enim loquitur, ut si, qui eodem modo moriuntur, eodem in inferno loco sepeliuntur, ut declarat versu sequenti; et perinde atque si in inferno sepulcra essent; sicut Christus dixit: Mortuus est dives et sepultus est in inferno*. LUC. 16, 22. OMNES INTERFECTI, omnes illi. Tacita reddidit causâ, cur in circuitu illius sepulcra eorum futura sint, quia omnes illi, id est, tam rex Assur quam Ægyptii eodem modo, scilicet gladio intercepti sunt.

VERS. 23. — QUORUM DATA. Posita sunt sepulcra. IN NOVISSIMIS LACI; in infimâ parte inferni; in terrâ ultimâ, ut vers. 18, et cap. 51, vers. 14 et 18. Hebr., in lateribus lacu, id est, in extremis angulis. Noster interpres non verba et genus ac numerum, sed sensum reddidit. ET FACTA EST MULTITUDO EJUS, id est, Assurii in inferno juxta regem suum sepulti sunt, quia omnes gladio, sicut ille, intercepti sunt, cùm in hæc vitâ omnibus hominibus terrori fuissent.

VERS. 24. — IBI ELAM. Elamitarum rex, sicut versu præcedenti, Assur, id est, rex Assyriorum, et sicut Latine dicimus, Turca, id est, rex Turcarum. ET PORTAVERUNT IGNOMINIAM SUAM. Qui, cùm aliis terrori fuissent, ignominiosè mortui sunt, sicut cæteri qui descendunt in lacum.

VERS. 25. — POSUERUNT. Qui eos interfecerunt, aut mali angeli, qui homines impios in infernum de-

ducant. CUBILE EJUS. Hebr., *cubile illi*, feminini generis, quia intelligit Ælamitarum congregationem, sicut statim facit generis masculini, quia intelligit Ælamitarum regem.

VERS. 26. — MOSOCH. Capadox; ET THEBAL, Iberos; vide supra cap. 27, vers. 15. QUIA DEDERUNT. Hic utitur causali particulâ, *hi*, cum superioribus versibus usus non fuerit, ex quo sequitur, illic etiam, ubi non ponitur, intelligendam esse, quasi dicat, quia alios gladio occidebant, gladio occisi sunt. *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt*, Matth. 26, 52.

VERS. 27. — NON DORMIENT. Non cubabunt, id est, non sepelientur. CUM FORTIBUS. Cum illis incircumcisis, ac viris fortibus qui non ignominiosè, sed gloriosè ac fortiter in bello occubuerunt, quique descendunt in infernum, CUM ARMIS SUIS, id est, qui quamvis in infernum descendunt, tamen non turpiter vici, sed gloriosè mortui descendant; ii enim, ut ait R. Salomon et R. David, cum armis sepeliebantur, ut significaretur eos usque ad mortem et usque ad sepulcrum arma non abjecisse. Sic Jonatham sepultum legimus, lib. 1 Machab., capite 15, vers. 29. Comparat ergo eos, non cum justis et cum iis qui naturali morte moriuntur, ut Hebræi interpretantur; sed cum iis qui quamvis impii essent, et incircumcisi, gladioque intercepti, tamen gloriosè intercepti sunt, quasi dicat, fore ut peiores etiam quam illi conditionis sint. ET FUERUNT INIGUITATES EORUM, id est, qui gladio usque ad ossa confixi iniquitatum suarum penas dederunt, de cætero verò honorificè et fortiter mortui sunt, ut interpretatur R. David; vel, ut alii: Dederunt penas iniquitatum suarum, non ignominiosè moriendo; sed in inferno intimis ossibus ardendo. Verba Hebraica alium etiam sensum videntur habere posse: Non dormient

CAPUT XXXIII.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos: Terra, cùm induxero super eam gladium, et tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem:
3. Et ille viderit gladium venientem super terram, et cœcinerit buccinâ, et annuntiaverit populo:
4. Audiens autem, quisvis ille est, sonitum buccinæ, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit.
5. Sonum buccinæ audivit, et non se observavit: sanguis ejus in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam salvabit.
6. Quòd si speculator viderit gladium venientem, et non insonnerit buccinâ, et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate suâ captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.
7. Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me.
8. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus ut se custodiat impius à viâ

cadentes (gladio) ab incircumcisis (id est, qui ab incircumcisis occidunt) et ii quorum iniquitates in ossibus eorum sunt (id est, qui propter iniquitates suas occidunt) quia terror fortium facti sunt in terrâ viventium; ii, inquam, non dormient cum fortibus qui ascenderunt ad infernum cum armis suis, et posuerunt (id est, poni præceperunt, aut, ut alii ponent, muerunt) gladios suos sub capitibus suis. Septuag. verterunt, gigantes, et à seculo, quasi legerint *meolam*.

VERS. 28. — IN MEDIO INCIRCUMSORUM, id est, more incircumcisorum. Hebraismus supra explicatus est, capite 31, versu 18, et capite 50, 7, et 29, 12.

VERS. 30. — PRINCIPES AQUILONIS. Hebræi interpretantur, reges Babylonis; quod mihi ideò non placet, quia hoc loco propheta nihil contra Babylonios vaticinatur; sed eos potius dicit ministros suos ad puniendos Ægyptios futuros esse, seque illis eversionis Tyri mercedem daturum; ii enim, ut ait R. Salomon et R. David, cum armis sepeliebantur, ut significaretur eos usque ad mortem et usque ad sepulcrum arma non abjecisse. Sic Jonatham sepultum legimus, lib. 1 Machab., capite 15, vers. 29. Comparat ergo eos, non cum justis et cum iis qui naturali morte moriuntur, ut Hebræi interpretantur; sed cum iis qui quamvis impii essent, et incircumcisi, gladioque intercepti, tamen gloriosè intercepti sunt, quasi dicat, fore ut peiores etiam quam illi conditionis sint. ET FUERUNT INIGUITATES EORUM, id est, qui gladio usque ad ossa confixi iniquitatum suarum penas dederunt, de cætero verò honorificè et fortiter mortui sunt, ut interpretatur R. David; vel, ut alii: Dederunt penas iniquitatum suarum, non ignominiosè moriendo; sed in inferno intimis ossibus ardendo. Verba Hebraica alium etiam sensum videntur habere posse: Non dormient

VERS. 31. — ET CONSOLATUS EST. Cùm videret se tam multos, et tam magnos penarum suarum socios habere, ut cap. superiori, vers. 16.

VERS. 32. — QUIA DEDI TERROREM MEUM, id est, sicut ille bella gerendo omnes terretur, ita ego illum puniendo omnes terreo; sicut ille dedit terrorem suum, ita ego dabo terrorem meum in terrâ viventium, id est, per totum terrarum orbem. Alii legunt, *terrorem ejus*, sicut Septuag. verterunt, id est, faciam ut illius exemplo animadverso omnes timeant. Itaque sensus eodem redit.

CHAPITRE XXXIII.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles:
2. Fils de l'homme, parlez aux enfans de votre peuple, et dites-leur: Lorsque j'aurai fait venir l'épée sur une terre, et que le peuple de cette terre, prenant l'un des derniers d'entre eux, l'aura établi pour leur servir de sentinelle:
3. Et que cet homme ensuite, voyant l'épée qui vient fondre sur ce pays-là, sonne de la trompette, et envertisse le peuple;
4. Si celui qui a entendu le son de la trompette ne se tient pas sur ses gardes, et que l'épée survenant l'emporte, quel que puisse être cet homme, son sang retombera sur sa tête.
5. Il a entendu le son de la trompette, et il ne s'est pas tenu sur ses gardes: il sera responsable de son sang; mais s'il se tient sur ses gardes, il sauvera sa propre vie.
6. Si, au contraire, la sentinelle, voyant venir l'épée, ne sonne point de la trompette, et que le peuple ne se tienne point sur ses gardes, l'épée vienne, et leur dieu la vie, ils seront surpris dans leur iniquité; mais néanmoins je redemanderai le sang à la sentinelle.
7. Or, fils de l'homme, vous êtes celui que j'ai établi pour servir de sentinelle à la maison d'Israël; vous écouteriez donc les paroles de ma bouche, et vous leur annonceriez ce que je vous aurai dit.
8. Si, lorsque je dirai à l'impie: Impie, vous mourrez très-certainement, vous ne parlez point à l'impie afin qu'il se retire de sa voie, et qu'il meure

suâ : ipse impius in iniquitate suâ morietur : sanguinem autem ejus de manu tuâ requiram.

9. Si autem annuntiate te ad impium ut à viis suis convertatur, non fuerit conversus à viâ suâ : ipse in iniquitate suâ morietur : porro tu animam tuam liberasti.

10. Tu ergo, fili hominis, dic ad domum Israël : Sic locuti estis, dicentes : Iniquitates nostræ et peccata nostrâ super nos sunt, et in ipsis nos tabescimus : quomodo ergo vivere poterimus ?

11. Dic ad eos : Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed ut convertatur impius à viâ suâ, et vivat. Convertimini à viis vestris pessimis, et quare moriemini, domus Israël ?

12. Tu itaque, fili hominis, dic ad filios populi tui : Justitia justî non liberabit eum in quacunque die peccaverit : et impietas impij non nocet ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate suâ : et justus non poterit vivere in justitiâ suâ, in quacunque die peccaverit.

13. Etiam si dixerò justò quòd vitâ vivat, et confisus in justitiâ suâ fecerit iniquitatem : omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, et iniquitate suâ, quam operatus est, in ipsâ morietur.

14. Si autem dixerò impio : Morie morieris ; et egerit penitentiam à peccato suo, feceritque judicium et justitiam,

15. Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam injustum : vitâ vivet, et non morietur :

16. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei : judicium et justitiam fecit, vitâ vivet.

17. Et dixerunt filii populi tui : Non est æqui ponderis via Domini : et ipsorum via injusta est.

18. Cùm enim recesserit justus à justitiâ suâ, feceritque iniquitates, morietur in eis.

19. Et cùm recesserit impius ab impietate suâ, feceritque judicium et justitiam, vivet in eis.

20. Et dicitis : Non est recta via Domini. Unumquemque juxta vias suas judicabo de vobis, domus Israël.

21. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quintâ mensis, transmigrationsis nostræ, venit ad me qui fugerat de Jerusalem, dicens : Vastata est civitas.

22. Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret qui fugerat : aperuisti os meum donec veniret ad me manè : et aperto ore meo, non sili amplius.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

24. Filii hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israël, loquentes aiunt : Unus erat Abraham : et hereditate possedit terram : nos autem multi sumus : nobis data est terra in possessionem.

25. Idcirco dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Qui in sanguine comeditis, et oculos vestros levatis ad immunditias vestras, et sanguinem funditis, numquid terram hereditate possidebitis ?

26. Stetitis in gladiis vestris : fecistis abomina-

ensuite dans son iniquité, je vous redemanderai son sang à vous-même.

9. Mais si vous avertissez l'impie qu'il se convertisse et qu'il quitte sa voie, et que lui néanmoins ne se convertisse point et qu'il ne la quitte point, il mourra dans son iniquité, et vous aurez délivré votre âme.

10. Vous donc, fils de l'homme, dites à la maison d'Israël : Voici la manière dont vous avez coutume de parler : Nos iniquités, dites-vous, et nos péchés sont sur nous ; nous languissons dans nos crimes : comment donc pourrions-nous vivre ?

11. Dites-leur ces paroles : Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que je ne veux point la mort de l'impie ; mais que je veux que l'impie se convertisse, qu'il quitte sa voie, et qu'il vive. Convertissez-vous, convertissez-vous ; quittez vos voies toutes corrompues ; pourquoi mourrez-vous, maison d'Israël ?

12. Vous donc, fils de l'homme, dites aux enfants de votre peuple : En quelque jour que le juste pèche, sa justice ne le délivrera point ; et, en quelque jour que le juste vienne à pécher, il ne pourra point vivre dans sa justice.

13. Si, après que j'aurai dit au juste qu'il vivra, il met sa confiance dans sa propre justice et comme l'iniquité, toutes ses œuvres de justice seront mises en oubli, et il mourra dans l'iniquité qu'il aura commise.

14. Si, après que j'aurai dit à l'impie : Vous mourrez très-certainement, il fait pénitence de son péché, et agit selon la droiture et la justice ;

15. Si cet impie rend le gage qu'on lui avait confié, s'il restitue le bien qu'il avait ravi, s'il marche dans la voie des commandements de la vie, et s'il ne fait rien d'injuste, il vivra très-assurément, et ne mourra point :

16. Tous les péchés qu'il avait commis ne lui seront point imputés ; il a fait ce qui était droit et juste, et ainsi il vivra très-certainement.

17. Après cela, les enfants de votre peuple ont répondu : La voie du Seigneur n'est pas juste et équitable ; mais c'est leur voie même qui est juste :

18. Car lorsque le juste aura abandonné sa propre justice, et qu'il aura commis des œuvres d'iniquité, il trouvera la mort.

19. Au contraire, lorsque l'impie aura quitté son impiété, et qu'il aura fait ce qui était droit et juste, il vivra dans sa justice.

20. Et néanmoins vous dites : La voie du Seigneur n'est pas droite. Maison d'Israël, je jugerai chacun de vous selon ses propres voies.

21. Le cinquième jour du dixième mois, la douzième année depuis que nous avions été emmenés captifs, un homme qui avait fui de Jérusalem vint à moi, et me dit : La ville a été ruinée.

22. Or la main du Seigneur s'était fait sentir à moi, le soir de devant le jour qu'arriva cet homme, qui avait fui de Jérusalem ; et le Seigneur m'avait ouvert la bouche jusqu'à ce que cet homme vint me trouver le matin ; et la bouche m'ayant été ouverte, je ne demeurai plus dans le silence.

23. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

24. Fils de l'homme, ceux qui habitent dans ces maisons ruinées sur la terre d'Israël, disent maintenant : Abraham n'était qu'un seul homme, et il a obtenu cette terre comme son héritage ; nous autres, nous sommes en grand nombre : nous la recevrons donc encore pour la posséder.

25. Dites-leur donc ceci : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Posséderez-vous cette terre comme votre héritage, vous qui mangez les viandes avec le sang, qui lèvez les yeux vers vos impuretés, et qui répandez le sang.

26. Vous avez toujours été prêts à tirer l'épée, vous avez commis des abominations ; chacun de vous a déshonoré la femme de son prochain ; et après

tions, et unusquisque uxorem proximi sui polluit : et terram hereditate possidebitis.

27. Hæc dices ad eos : Sic dicit Dominus Deus : Vivo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent : et qui in agro est, bestii tradetur ad devorandum : qui autem in presidiis et speluncis sunt, peste morientur.

28. Et dabo terram in solitudinem, et in desertum : et deficiet superba fortitudo ejus : et desolabuntur montes Israël, cò quòd nullus sit qui per eos transeat.

29. Et scient quia ego Dominus, cùm dederò terram eorum desolatam et desertam, propter universas abominaciones suas, quas operati sunt.

30. Et tu, fili hominis, fili populi tui, qui loqueris de te juxta muros, et in ostiis domorum, et dicunt unus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes : Venite, et audiamus quis sit sermo egredientis à Domino.

31. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, sedent coram te populus meus : et audiunt sermones tuos, et non faciunt eos : quia in canticum oris sui virtutem illos, et avaritiam suam sequitur cor eorum.

32. Et es eis quasi carmen musicum, quod suaviter dulcique sono canitur : et audiunt verba tua, et non faciunt ea.

33. Et cùm venerit quod prædictum est ecce enim venit, tunc scient quòd propheta fuerit inter eos.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — AD FILIOS POPULI TUI, ad cives, aut populares tuos ; quasi dicit, hæcens contra gentes jussit te loqui, converte nunc orationem ad populum tuum. TERRA. Hebraismus sic resolvendus : Cùm super terram aliquam gladium induxero, abundat enim antecedens et relativum. Dicit autem cùm induxero super eam gladium ; non quòd de bello quod Jerusolymis impendebat, loqueretur, ut quidam putant ; sed quòd nullum bellum sine divini providentiâ moveatur. VIXIT UNUM DE NOVISSIMIS SENS. Aliqui interpretantur de ultimis finibus suis. Ego potius, ex infimo ordine, quasi dicat, si speculatorum ipse sibi quemcumque etiam vilissimum hominem constituerit ; si illi credere debet, quantò magis credere debet non cuicumque, sed prophetae, non quem ipse, sed quem ego constituit ?

VERS. 4. — AUDIENS AUTEM QUIQUIS ILLE EST, Hebr., et audierit, qui audit, id est, quicumque audierit, aut, et aliquis audierit, quisquis ille sit. Noster interpres Hebraismus voluit exprimere. Et nos se observaverunt. Non caverit sibi, sicut speculator admonet. SANGUIS IDEIUS SUPER CAPUT EUS ERIT, id est, ipse sibi mortis causa erit, suâ culpâ morietur. Hebraismus est. Latine diceremus, præstare culpam. Hoc sensu dixerunt Judæi : Sanguis ejus super nos et super filios nostros, Matth. 27, 25, id est, si quid culpe est, nos eam præstabimus, ponam in nos luendam recipimus.

cela, vous posséderez cette terre comme votre héritage ?

27. Vous leur direz donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je jure par moi-même que ceux qui habitent dans ces lieux ruinés périront par l'épée ; que ceux qui sont dans les champs seront livrés aux bêtes pour en être dévorés ; et que ceux qui se sont retirés dans les lieux forts, et dans les cavernes, mourront de peste.

28. Je réduirai cette terre en une solitude et en un désert ; sa force altière sera détruite ; et les montagnes d'Israël seront désolées, sans qu'il y ait plus personne qui y passe ;

29. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai rendu ainsi cette terre déserte et abandonnée, à cause de toutes les abominations qu'ils y ont commises.

30. Quant à vous, fils de l'homme, les enfants de votre peuple, qui parlent de vous le long des murs, et aux portes de leurs maisons, se disent l'un à l'autre : Allons entendre quelle est la parole qui sort de la bouche du Seigneur.

31. Ils viennent à vous, comme un peuple qui s'assemble en foule, et ils s'assiedent devant vous comme devant leur peuple ; mais ils écoutent vos paroles, et ils n'en font rien ; parce qu'ils les changent en des cantiques qu'ils repassent dans leur bouche, pendant que leur cœur suit leur avarice.

32. Vous êtes, à leur égard, comme un air de musique qui se chante d'une manière douce et agréable ; c'est ainsi qu'ils entendent vos paroles avec plaisir, sans faire néanmoins ce que vous dites.

33. Mais quand ce qui aura été prédit par vous sera arrivé, comme il est tout près d'arriver ; c'est alors qu'ils sauront qu'il y aura eu un prophète parmi eux.

Etædem sententiâ dicit versu sequenti : Sanguis ejus in ipso erit.

VERS. 6. — ET TULERIT DE EIS ANIMAM ; aliquem ex eis occiderit. Hebraismus. ILLE QUIDEM. Qui gladio occisus est, meriti ac propter iniquitatem suam gladio est comprehensus. Tamen SANGUINEM EUS DE MANU SPECULATORIS REQUIRAM, id est, speculatorem propter mortem illius mori faciam.

VERS. 7. — SPECULATOREM DEMI TE. Accommodat exemplum ad Ezechielem, quem dicit se speculatorem in populo constituisse, ut si quid periculi populo imminere viderit, illi predicat, exaltans quasi tuba vocem suam, ut dixit Isai. cap. 58, 4. Eadem metaphora supra, cap. 5, vers. 17, et Jerem. cap. 6, 17 : Constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ ; et dixerunt, non audiemus ; et Isai. 56, 10 : Speculatores ejus ceci omnes.

VERS. 10. — SIC LOCUTI ESTIS, DICENTES, id est, dicere soletis : INIQUITATES NOSTRE ET PECCATA NOSTRA SUPER NOS SUNT ; urgent nos ad mortem, opprimunt nos, illisque contabescimus ; dissolvimur, quomodo ergo vivere poterimus ? Videlicet hoc Judæi desperatione quadam dicere, quos Deus in spem erigit, fore ut si respiciant, non recorderet præteritorum peccatorum. Alii ex R. Davide interpretantur : Rectè locuti estis, id est, verè dicere soletis vos peccatè opprimi, aut rectè dicere possitis (quamvis non dicatis) vos

esse peccatores mortisque reos, tamen si respiciere volueritis, non recordabor amplius peccatorum vestrorum.

VERS. 11. — **Nolo mortem.** Nolle, si fieri posset, ut moreretur impius. Hoc theologi de primâ, et, ut vocant, antecedente Dei voluntate interpretantur, quâ omnes homines vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, 1 ad Timoth. 2, 4, et, quâ mortem non fecit, nec letatur in perditiōe vivorum, Sapient. 4, 15. Deus enim creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum, cap. 2, versu 25 et 24. Vide quæ supra notavimus, cap. 18, versu 25. **Quare moriemini?** Quare smetis vos mori, cum possiis, si converti volueritis, vitam vestram servare? Indicat non stare nisi per nos, quominus salvi simus, Deum enim semper stare ad ostium, ut pulset, Apocal. 5, 20, sicut Ecclesiasticus dicit cap. 15, 11: Non dixeris: Per Deum abest; quæ enim odit, ne feceris. Cætera, quæ sequuntur, explicata sunt supra, capite 8.

VERS. 15. — **Pignus restituerit.** Ponit duo iustitiæ opera pro omnibus, ut cap. 8, vers. 6. Et in mandatis vitæ ambulaverit quæ faciens homo vivit in eis, ut dicit cap. 20, 11, et Levit. 18, 5.

VERS. 17. — **Non est equi ponderis.** Non est recta ratio, quia Dominus nobiscum agit: cum ipsorum peccatis vitæ recta non sit, ut cap. 18, versu 25, et infra, versu 20.

VERS. 21. — **Transmigrationis nostræ.** Cum Jechonia à Regum 24, versu 12, ex quo etiam perspicuum est superioribus locis prophetam non S-deciâ, sed captivitatibus annos numerasse, ut cap. 52, 1; et 51, 4, et 29, 1, 17; et cap. 26, 1; et 24, 1; et 30, 1; et 8, 1. Venit ad me qui fugerat. Expugnata jam urbe, ut prædixerat illi Deus, supra, cap. 24, vers. 26.

VERS. 22. — **Manus autem Domini facta fuerat.** id est, corroboraverat me, et confirmaverat Dominus, ut liberè loquerer: aut, afflavit me Dominus spiritu prophético, ut cap. 1, vers. 3; et cap. 5, vers. 22; et cap. 8, vers. 1. Vespere, principio ejus diei, quo venit, qui fugerat ex Jerusalem; diem enim Judæi à vespere incipiebant, ut apparet Genes., cap. 1, 5, 15, 19, 25. **Aperitque** (Dominus) os meum, id est, dedit mihi loquendi libertatem, ut mihi promiserat, eadèmodum utens phrasî, cap. 24, vers. 27; eundem Hebraismum adnotavimus cap. 29, 21. Liberè autem locutus est post adventum ejus nuntii, quia narravit captum esse urbem, sicut ipse prædixerat.

VERS. 24. — **Qui habitant in ruinosis his.** Hebr., in ruinis; qui manserunt in terrâ Israël omninò vastatâ, nec in Chaldeam cum aliis venire voluerunt, ut in transmigratione Jechoniae, 4 Reg. 24, 12, 14, aut

CAPUT XXXIV.

1. Et factum est verbum Domini ad me dicens:

2. Fili hominis, propheta de pastoribus Israël: propheta, et dices pastoribus: hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israël, qui pascabant

in captivitate Sedecie, Jerem. 39, .0: De plebe enim pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terrâ Judæ, ii ergo putabant fore ut totam terram Judæ quasi jure suo possiderent. Argumentabantur enim: Unus erat Abraham, et hæreditate possedit terram in possessionem: nos autem multi sumus: multo ergo majore jure nobis data est, id est, dabitur terra in possessionem, præteritum pro futuro.

VERS. 25. — **Qui in sanguine comeditis.** Hebr., super sanguinem, aut juxta sanguinem. Chaldeus interpretatur, super sanguinem innocentem, id est, postquam sanguinem innocentem fudistis, cruentis adhuc manibus cibum securi sumitis, quasi nihil mali fecissetis. R. autem David exponit: Carnem cum sanguine comeditis, cum ego vobis præceperim. Levit. 19, 26: Non comeditis carnem cum sanguine. Non augurabimini, nec observabitis somnia. Oculos vestros levatis ad immunditias vestras, adorandi, aut invocandi causâ, ut cap. 18, vers. 6, 12, 15; et cap. 23, v. 27. Immunditias autem vocat idola, vel quia ipsa immunda erant, nimirum oblitâ victimarum sanguine; vel quia cultores suos inquinabant, ut supra cap. 14, 5, 4, et cap. 25, 7.

VERS. 26. — **Stetistis in gladiis vestris,** id est, confidistis in armis vestris. Dixistis: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia. Hoc sensu Chaldei vertit, stetistis in fortitudine vestrâ. R. David, stetistis, id est, parati fuistis gladiis, promptique ad effundendum sanguinem innocentem.

VERS. 27. — **Qui in ruinosis, in uribus à Chaldeis semidivitis.** Hebraicè elegans est paronomasia inter ruinas et gladium.

VERS. 30. — **Loquuntur de te.** Obloquuntur, irrident te, sicut Jeremiam, cap. 25, vers. 53, irridentes interrogabant: Quod est omnis Domini? Juxta muros. Ubi solent homines otiosi, quia locus apertus est, ad confabulandum convenire, sicut, et in ostiis domorum.

VERS. 31. — **Quasi si ingrediat populus.** Veniunt ad te turmatim, magnâque multitudine, quemadmodum si universus populus ad te confluere. In canticum omnis sui. Hebr., cantiones amatorias faciunt illos, pro lusu eos habent: versu sequenti videtur, carmen musicum.

VERS. 32. — **Et es eis.** Hebr., et ecce es illis sicut carmen amatorium, id est, es illis ludibrio, habent te pro histrione.

VERS. 33. — **Quod prædictum est.** Hoc verbum Hebraicè non est: sed explanationis causâ rectè salvoque sensu additum est ab interprete.

CHAPITRE XXXIV.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit:
2. Fils de l'homme, prophétisez touchant les pasteurs d'Israël: prophétisez, et dites aux pasteurs: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Malheur aux pasteurs d'Israël qui se paissaient eux-mêmes! Les pasteurs ne paissent-ils pas leurs troupeaux?

semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur?

3. Lac comedebatis, et lanis operiebamini: et quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascabatis.

4. Quod infirmum fuit, non consolidastis, et quod ægrotum, non sanastis: quod contractum est, non alligastis: et quod abjectum est, non reduxistis, et quod perierat, non quaestistis; sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quod non esset pastor: et factæ sunt in devoratiōnem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus et in universo colle excelso; et super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei et non erat qui requireret, non erat, inquam, quiquireret.

7. Propterea, pastores, audite verbum Domini:

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quia pro eò quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meæ in devoratiōnem omnium bestiarum agri, eò quod non esset pastor; neque enim quaesierunt pastores mei gregem meum, sed pascabant pastores semetipsos, et greges meos non pascabant:

9. Propterea, pastores, audite verbum Domini:

10. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores: requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam:

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas.

12. Sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, et liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis et caliginis.

13. Et educam eas de populis, et congregabo eas de terris, et inducam eas in terram suam; et pascam eas in montibus Israël, in rivis, et in cunctis sedibus terræ.

14. In pascuis uberrimis pascam eas, et in montibus excelis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, et ibi pascuis pinguibus pascentur super montes Israël.

15. Ego pascam oves meas, et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16. Quod perierat, requiram: et quod abjectum erat, reducam, et quod contractum fuerat, alligabo: et quod infirmum fuerat, consolidabo, et quod pingue et forte, custodiam: et pascam illas in judicio.

17. Vos autem, greges mei, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego judico inter pecus et pecus, arietum et hircorum.

5. Vous mangiez le lait, et vous vous couvriez de sa laine; vous preniez les brebis les plus grasses, pour les tuer; et vous ne vous mettiez point en peine de paître mon troupeau.

4. Vous n'avez point travaillé à fortifier celles qui étaient faibles, ni à guérir celles qui étaient malades; vous n'avez point bandé les plaies de celles qui étaient blessées; vous n'avez point relevé celles qui étaient tombées; et vous n'avez point cherché celles qui s'étaient perdues; mais vous les dominiez avec une rigueur sévère et avec empire.

5. Ainsi mes brebis ont été dispersées, parce qu'elles n'avaient point de pasteur; elles ont été dispersées divers lieux, et elles sont devenues la proie de toutes les bêtes sauvages.

6. Mes troupeaux ont erré partout sur les montagnes, et sur toutes les collines élevées; mes troupeaux ont été dispersés sur toute la face de la terre, sans qu'il y eût personne pour aller les chercher, sans, dis-je, qu'il y eût personne qui se mit en peine de les chercher.

7. C'est pourquoi, ô pasteurs! écoutez la parole du Seigneur:

8. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que parce que mes troupeaux ont été livrés en proie, et que mes brebis ont été exposées à être dévorées par les bêtes sauvages, comme n'ayant point de pasteur; puisque mes pasteurs n'ont point cherché mes troupeaux, mais qu'ils n'ont eu soin que de se paître eux-mêmes, sans se mettre en peine de paître mes troupeaux;

9. Vous, dis-je, ô pasteurs! écoutez la parole du Seigneur:

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens moi-même à ces pasteurs; j'irai chercher mon troupeau, et je le reprendrai d'entre leur mains; je les empêcherai à l'avenir de continuer à paître mon troupeau; je ferai que ces pasteurs ne se paîtront plus eux-mêmes; je délivrerai mon troupeau de leur violence; et il ne deviendra plus leur proie;

11. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viendrai moi-même chercher mes brebis, et je les visiterai moi-même.

12. Comme un pasteur visite son troupeau, lorsqu'il se trouve au milieu de ses brebis dispersées; ainsi je visiterai mes brebis, et je les délivrerai de tous les lieux où elles avaient été dispersées dans les jours de nuage et d'obscurité.

13. Je les retirerai d'entre les peuples, je les rassemblerai des divers pays, et je les ferai revenir dans leur propre terre; et je les ferai paître sur les montagnes d'Israël, le long des ruisseaux et dans tous les lieux du pays les plus habités.

14. Je les mènerai paître dans les pâturages les plus fertiles; les hautes montagnes d'Israël seront le lieu de leur pâture; elles s'y reposeront sur les herbes vertes, et elles paîtront sur les montagnes d'Israël dans les pâturages les plus gras.

15. Je ferai moi-même paître mes brebis; je les ferai reposer moi-même, dit le Seigneur Dieu.

16. J'irai à la recherche de celles qui étaient perdues; je relèverai celles qui étaient tombées; je banderai les plaies de celles qui étaient blessées; je fortifierai celles qui étaient faibles; je conserverai celles qui étaient grasses et fortes; et je les conduirai dans la droiture et dans la justice.

17. Mais vous, mes brebis, voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je viens moi-même pour être le juge entre les brebis et les brebis, entre les bœliers et les boucs.